este Breve de Altar
Privilegiado por sette
annos acabou

1697

8
Caixa
e 67
I

N.º II

N.º 6. I.

CHIESA ITALIANA DI N.S. DI LORETO
LISBONA

BREVI 7

INNOCENTIVS PP. XII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM Omnium saluti paterna charitate intenti, Sacra interdum loca spiritualibus indulgentiarum muneribus
decoramus, ut inde fidelium defunctorum Animae, Domini nostri Jesu Christi, eiusque Sanctorum suffragia meritorum consequi, et illis adiutae ex Purgatorij poenis ad aeternam
Salutem per Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igitur Ecclesiam parochialem Beatae Mariae Virginis de Laureto nationis Italicae nuncupatae Civitatis Ulyxbonen. in qua nullum
aliud altare privilegiatum reperitur concessum, et in ea situm altare Beatae Mariae Virginis de Pietate etiam nuncupatum hoc speciali dono illustrare, dummodo in dicta Ecclesia quatuordecim
Missae quotidie celebrentur, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ut quandocumque Sacerdos aliquis eiusdem
Ecclesiae dumtaxat Missam defunctorum in die Commemorationis defunctorum, et singulis diebus infra illius octavam, ac Secunda, et Sextaferijs cuiuslibet hebdomadae pro
Anima cuiuscumque Christi fidelis, quae Deo in charitate coniuncta ab hac luce migraverit ad praefatum Altare celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum
suffragij Indulgentiam consequatur; ita ut eiusdem Domini Jesu Christi, ac Beatissimae Virginis Mariae, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus à Purgatorij poenis liberetur con-
cedimus, et indulgemus. In contrarium facien. non obstan. quibuscumque. Praesentibus ad Septennium tantum valituris. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub An-
nulo Piscatoris die XXVII. Julij MDCXCVII. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Gratis pro Deo et Scrip.

J. F. Card. Albanus